



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorum, 1574

VD16 A 766

Ordo ad introducendum puerperas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

in sua parochia concubinos siue vxoratos, siue solutos, eos pastores diligenter Episcopo denunciandos curabunt.

De benedictione secundarū nuptiarū.

Nuptiæ secundæ ex parte amborum non sunt benedicendæ.

Ex parte viri tantum, vt cum viduus accipit virginem, benedicuntur.

Ex parte vxoris tantum, vt cum iuuenis contrahit cum vidua, non benedicuntur.

Sponsa, quam constat non esse virginem, non debet benedici.

Sacerdos benedicens nuptias, quas non debet, grauitur peccat, & est puniendus. C. 1. de Secundis Nupt.

ORDO AD INTRODUCENDVM PVERPERAS POST PARTVM.

Sacerdos ventens ante Ecclesiam, aspergens mulierem aqua benedicta, dicat.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. **A**diutorium nostrum in nomine Domini. **Q**ui fecit cælum & terram. **S**it nomen Domini benedictum. **E**x hoc nunc & vsque in seculum.

Psal. CXX.

Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino, qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.

Ecce

Ecce non dormitabit neque dormiet
qui custodit Israel.

Dominus, custodit te dominus prote-
ctio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te, neque luna per
noctem.

Dominus custodit te ab omni malo,
custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitū tuum &
exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in
seculum.

Gloria patri & c. **S**icut erat. **K**yrieley-
son. **C**hristeeleyson. **K**yrieleyson.

Paternoster. **E**t ne nos induc. **S**ed lib.

Versic. **D**omine saluam fac ancillam
tuam. **D**eus meus sperantem in te.

Mitte ei auxilium de sancto. **E**t de
Sion tuere eam.

Esto ei domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam.

T E T

De Puerperæ Introduct.**E**t clamor meus ad te veniat.**D**ominus vobiscum.**O**remus.

Omnipotens sempiterne Deus, Ma-
iestatem tuam supplices exoramus, vt
sicut vnigenitus tuus cum nostræ car-
nis substantia in templo est præsentatus,
ita facias hanc famulam purificatam ti-
bi mente præsentari. **P**er eundem Chri-
stum Dominum nostrum. **A**men.

Deinde statim porrigendo stolam
puerperæ, introducat eam dicens.

Dominus custodiat introitum &
exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in
seculum.

Veniens ad altare, legat euangelium
S. Ioannis.

In principio erat verb. &c.

Deinde

De Puerperæ Introduct.

CCXIX.

Deinde det ei librum ad osculandum & dicat.

Per hæc sancta Euangelica dicta deleantur vniuersa tua crimina & delicta.

Oremus.

Benedictio Dei Pa[✠]tris & Fi[✠]lii & Spiritus [✠]sancti, descendat super vos & maneat semper.

Amen.

T 2.

Quæ